

# CALENDARIUM ANGLICANUM.

## JANUARIUS.

Hebraice vocatur *Tebeth*, Ægyptiace *Tubi*, Græce *Cynidios*, Latine *Januarius*, Saxonice *Giul*.  
*Luna Januarii in media nocte accenditur.*

PRINCIPIUM JAM SANCIT TROPICUS CAPRICORNUS.

*Januarius habet dies xxxi, luna xxx.*

Kalend. Januarii, Circumcisio Domini nostri Jesu Christi.

IV Nonas, sancti Isidori episcopi.

III Nonas, sanctæ Genovesæ virginis.

Nonis, sancti Symeonis monachi.

VIII Idus, Epiphania Domini nostri Jesu Christi.

IV Idus, sancti Pauli primi eremitæ.

III Idus, Eductio Domini de Ægypto.

Idus, Octavas Epiphaniæ. Sancti Hilarii episcopi.

XIX Kal. Februarii, sancti Felicii in Pincis.

XVIII Kal., sancti Mauri abbatis.

XVII Kal., sancti Marcelli papæ.

XVI Kal., sancti Antonii monachi.

XV Kal., sanctæ Priscæ virginis.

XIV Kal., sanctarum Mariæ et Marthæ.

XIII Kal., sanctorum Fabiani et Sebastiani martyris.

XII Kal., Natale Agnetis virginis.

X Kal., sanctorum Emerentianæ virg. et Macharii.

IX Kal., sancti Babilli episcopi, et trium Puerorum.

VIII Kal., Conversio sancti Pauli apostoli et Projecti martyris.

VII Kal., sancti Polycarpi presbyteri.

VI Kal., Octava sanctæ Agnetis virginis.

## FEBRUARIUS.

Hebraice *Sabath*, Ægyptiace *Mechir*, Græce *Penitios*, Latine *Februarius*, Saxonice *Solmon*.

*Luna inter mediam noctem et galli cantum accenditur.*

Kal. Februarii, sanctæ Brigidæ virginis

IV Nonas, Purificatio sanctæ Mariæ.

Nonas, sanctæ Agathæ virginis.

VIII Idus, sanctorum Vedasti et Amandi.

VI Idus, sancti Cuthmanni confessoris. Ante istum locum non potest esse Quadragesima.

IV Idus, sanctæ Scolasticæ, sanctæ Sotheris virginis.

III Idus, sanctæ Radegundis virginis.

Idus, sanctæ Eormenbildæ virginis.

XVI Kal., Martii, sancti Valentini martyris.

XV Kal., diabolus a Domino recessit.

XIV Kal., sanctæ Jullianæ virginis.

VIII Kal., Cathedra sancti Petri apostoli.

VI Kal., sancti Mathæi [*Leg. Mathiæ*] apostoli.

III Inventio capitis sancti Johannis Baptistæ post annos ccl.

II Kal., sancti Oswaldi archiepiscopi.

## A

Hebraice *Adar*, Ægyptiace *Famemoth*, Græce *Distros*.  
Latine *Martius*, Saxonice *Hpedmonad*.  
*Luna Martii in media nocte accenditur.*

VI Nonas Martii, sancti Ceaddæ episcopi.

V Nonas, sanctorum VII Martyrum, et sancti Adriani.

II Nonas, sanctarum Perpetuæ et Felicitatis.

VII Idus, Passio XL militum Romæ.

IV Idus, sancti Gregorii papæ.

XVI Kal., sanctæ Withburgæ virginis. Sancti Patrickii episcopi.

XV Kal., sancti Eadwardi regis. Primus dies sæculi.

XIV Kal., sancti Joseph sponsi sanctæ Mariæ.

XIII Kal., sancti Cuthberthi episcopi.

XII Kal., sancti Benedicti abbatis.

B VIII Kal., Annuntiatio sanctæ Mariæ.

VI Kal., Resurrectio Domini.

III. Ordinatio sancti Gregorii papæ.

## APRILIS.

Hebraice *Nisan*, Ægyptiace *Famuth*, Græce *Xanticos*, Latine *Aprilis*, Saxonice *Eastermonud*.  
*Luna Aprilis in galli cantu accenditur.*

Kal. Aprilis, beati Borani [*Forsan, Baronti*] martyris.

II Nonas, sancti Ambrosii episcopi.

V Idus, sanctæ Mariæ Ægyptiacæ.

III Idus, sancti Guthlaci confessoris, et sancti Leonis papæ.

Idus, sanctæ Eufemiæ virginis.

C XVIII Kalendas Maii, sanctorum Tiburtii, Valeriani et Maximi.

XII Kal., sancti Petri diaconi.

IX Kal., sancti Georgii martyris.

VIII Kal., sancti Wilfridi.

VII Kal., sancti Marci evangelistæ. *Latentis majoris.*

IV Kal., sancti Vitalis martyris.

II Kal., sancti Etcenwoldi episcopi.

## MAIUS.

Hebraice *Jar*, Ægyptiace *Pactio*, Græce *Antemission*.  
Latine *Maius*, Saxonice *Trimilet*.  
*Luna Maii mane accenditur.*

Kal. Maii, sanctorum Philippi et Jacobi.

V Nonas, Inventio sanctæ Crucis, sanctorum Alexandri, Eventii et Theoduli.

D II Nonas, sancti Johannis apostoli ante portam Latinam.

Nonas, sancti Johannis episcopi in Beverlisco.

VII Idus, Translatio sancti Andree apostoli. *Andelis initium. Habet dies xci.*

VI Idus, sanctorum Gordiani, Epimachi, Septimi, Cyrilli.

IV Idus, sanctorum Nerei et Achilæ, et Paterni.

III Idus, Dedicatio basilicæ sanctæ Mariæ.

XV Kal., sanctæ Ælfgyfæ reginæ.

XIV Kal., sanctæ Potentianæ virginis.

VIII Kal., sancti Urbani martyris,

VII Kal., sancti Augustini episcopi.

III Kal., sancti Felicis papæ.

II Kal., sanctæ Petronillæ virginis.

### JUNIUS.

Hebraice *Sivan*, Ægyptiacè *Parni*, Græcè *Desios*,  
Latine *Junius*, Saxonice *Litha* vocatur.

*Luna Junii tertio hora accenditur.*

Kal. Junii, sancti Nicomedis martyris.

IV Nonas, sanctorum Marcellini et Petri martyris.

II Nonas, sancti Petri confessoris.

Nonis, sancti Bonifacii episcopi.

VII Idus, sancti Audomari episcopi.

VI Idus, Depositio sancti Medardi episcopi.

V Idus, sanctorum Primi et Feliciani martyrum.

III Idus, sancti Barnabæ apostoli.

II Idus, sanctorum Basilidis, Cyriaci, Naboris et Nazarii.

XVII Kal. Jun., sanctorum Viti, Modesti, et sanctæ Eadburgæ virginis.

XVI Kal., sanctorum Cyrini et Julittæ cum sociis eorum.

XV Kal., sancti Bonifacii confessoris.

XIV Kal., sanctorum Marci et Marcelliani martyrum.

XIII Kal., sanctorum Gervasii et Protasii martyrum.

XI Kal., sancti Apollinaris martyris, et sancti Lenthredini abbatis.

X Kal., sancti Albani martyris.

IX Kal., sanctæ Ætheldrythæ virginis. Vigilia.

VIII Kal., sancti Johannis Baptistæ.

IV Kal., sancti Leonis papæ. Vigilia.

III Kal., sancti Petri apostoli.

II Kal., sancti Pauli apostoli.

### JULIUS.

Hebraice *Thamul*, Ægyptiacè *Episi*, Græcè *Panemos*, Latine *Julius*, Saxonice *Litha*.

*Luna Julii in media die accenditur.*

VI Nonas, Depositio sancti Swithuni episcopi; et Processi et Martiniani.

V Nonas, Translatio sancti Thomæ apostoli.

IV Nonas, Ordinatio et translatio sancti Martini episcopi.

II Nonas, Octava apostolorum, et sanctæ Sexburgæ virginis.

Nonis, sanctæ Marinæ virginis.

VIII Idus, sancti Grimbaldi sacerdotis. Obitus Eadgari regis.

VI Idus, sanctorum vii Fratrum eum matre.

IV Idus, sanctæ Mildrythæ virginis.

Idus, Translatio sancti Swithuni episcopi.

XVI Kal., sancti Kenelmi martyris.

XIV Kal., sanctæ Cristinæ virginis.

XIII Kal., sancti Vulfmari confessoris, sanctæ Margaritæ virginis.

XII Kal., sanctæ Praxedis virginis.

A XI Kal., sanctæ Mariæ Magdalenæ.

X Kal., sancti Apollinaris martyris.

VIII Kal., sancti Jacobi apostoli.

VII Kal., sanctorum vii Dormientium.

VI Kal., sancti Samsonis episcopi, sancti Pantaleonis martyris.

V Kal., sanctorum Simplicii, Faustini et Beatricis.

IV Kal., sanctorum Abdon et Sennen martyrum.

III Kal., sancti Germani episcopi.

### AUGUSTUS.

Hebraice *Dominab*, Ægyptiacè *Meson*, Græcè *Leos*,  
Latine *Augustus*, Saxonice *Prodmonad*.

*Luna Augusti inter mediam diem et nonam horam accenditur.*

Kal. Augusti, Ad vincula sancti Petri apostoli, Machabæorum, sancti Athelwoldi.

IV Nonas, sancti Stephani episcopi et martyris.

III Nonas, Inventio corporis sancti Stephani protomartyris.

Nonis, sancti Oswaldi regis et martyris.

VIII Idus, sancti Sixti episcopi, Felicissimi et Agapiti.

VII Idus, sancti Donati episcopi.

VI Idus, sancti Cyriaci martyris, et sociorum ejus.

V Idus, Vigilia.

IV Idus, sancti Laurentii martyris.

III Idus, sancti Tiburtii martyris.

Idus, sancti Ypoliti martyris, sociorumque ejus.

XIX Kalend. Septembris, sancti Eusebii sacerdotis.

XVIII Kal., Assumptio sanctæ Mariæ.

C XVI Kal., Octava sancti Laurentii martyris.

XV Kal., sancti Agapiti martyris, sanctæ Helenæ reginæ.

XIV Kal., sancti Magni martyris.

XI Kal., sanctorum Timothæi et Symphoriani martyris.

X Kal., sanctorum Timothæi et Apollinaris.

IX Kal., Vigilia.

VIII Kal., sancti Bartholomæi apostoli.

VI Kal., sancti Rufi martyris.

V Kal., sancti Augustini magi, sancti Hermotis martyris.

IV Kal., Decollatio sancti Johannis Baptistæ, sanctæ Sabinæ virginis.

III Kal., sanctorum Felicis et Audacti.

D II Kal., sancti Paulini episcopi.

### SEPTEMBER.

Hebraice *Elul*, Ægyptiacè *Thoth*, Græcè *Gorpicios*.

Latine *September*, Saxonice *Haleginonad*.

*Luna Septembris circa horam nonam accenditur.*

Kal. Septembris, sancti Prisci martyris.

II Nonas, Translatio sancti Byrini episcopi, et sancti Cuthberthi episcopi.

Nonis, sancti Bertini abbatis.

VI Idus, Nativitas sanctæ Mariæ. Sancti Adrian martyris.

V Idus, sancti Gorgonii martyris.

III Idus, sanctorum Provi et Jacinti.

XVIII Kalendas Octobris, Exaltatio sanctæ crucis. A

Sanctorum Cornelii et Cypriani.

XVII Kal., sancti Nicomedis martyris.

XVI Kal., sanctorum Euphemie, Lucie et Gemiani.

XV Kal., sancti Landberthi episcopi.

XII Kal., Vigilia.

XI Kal., sancti Mathæi apostoli et evangelistæ.

X Kal., sancti Mauricii cum sociis suis.

IX Kal., sanctæ Teclæ virginis.

VIII Kal., Conceptio sancti Johannis-Baptistæ. Æqui-noctium.

VII Kal., sancti Firmini martyris.

V Kal., sanctorum Cosmæ et Damiani martyrum.

III Kal., sancti Michaelis archangeli.

II Kal., sancti Hieronymi presbyteri.

#### OCTOBER.

Hebraice *Theseri*, Ægyptiæ *Faosi*, Græcè *Υπερβε-  
reteos*, Latine *October*, Saxonice *Pinterpillith*.

*Luna Octobris inter nonam et vesperam accenditur.*

Kal. Octobris, sanctorum Germani et Remigii episcoporum.

VI. Nonas, sancti Leodegarii.

III Nonas, sanctæ Cristinæ virginis.

Nonis, sancti Marci papæ, Marcelli et Apulei.

VII Idus, sanctorum Dionysii, Rustici et Eleutherii.

II Idus, sancti Caesti papæ.

XVI Kal. Novembris, sanctæ Ætheldrythæ virginis.

XV Kal., sancti Lucæ evangelistæ.

VIII Kal., sanctorum Crispini et Crispiniani martyrum.

VII Kal., sancti Amandi episcopi.

VI Kal., Vigilia.

V Kal., sanctorum apostolorum Simonis et Judæ.

III Kal., Ordinatio sancti Swithuni episcopi.

II Kal., sancti Quintini martyris. Vigilia.

#### NOVEMBER.

Hebraice *Imare*, Ægyptiæ *Athiri*, Græcè *Dios*, Latine *November*, Saxonice *Blotmonad*.

*Luna Novembris in vespertino tempore accenditur.*

Kal. Novembris, Omnium Sanctorum. Sancti Casarii.

IV Nonas, sancti Eustachii martyris.

VI Idus, sanctorum quatuor Coronatorum.

V Idus, sancti Theodori martyris.

III Idus, sancti Martini episcopi. Sancti Meuz martyris.

Idus, sancti Bricii episcopi.

XV Kal. Decembris, sancti Aniani episcopi.

X Kal., sanctæ Cecilie virginis

IX Kal., sancti Clementis martyris.

B VIII Kal., sancti Chrisogoni martyris.

III Kal., sancti Saturnini martyris. Vigilia.

II Kal., sancti Andreæ apostoli.

#### DECEMBER.

Hebraice *Casleu*, Ægyptiæ *Choenc*, Græcè *Απλεος*, Latine *December*, Saxonice *Giuli*.

*Luna Decembris inter vesperam et medium diem accenditur.*

III Nonas Decembris, Depositio sancti Byrii episcopi.

II Nonas, sancti Benedicti abbatis.

IV Idus, sanctæ Eulalie virginis.

III Idus, sancti Damasi papæ.

Idus, sancti Judoci confessoris, et sanctæ Lucæ virginis.

C XII Kal. Januarii, sancti Thomæ apostoli.

VIII Kal., Nativitas Domini nostri Jesu Christi.

VII Kal., sancti Stephani Protomartyris.

VI Kal., sancti Johannis evangelistæ.

V Kalend., Necatio Infantium *cxliiv* millia.

IV Kal., sanctæ Tibbe virginis.

II Sancti Silvestri papæ.

### MABILLONII MONITUM IN SEQUENTES LITANIAS.

Veteres hasce Litanias, quæ una cum libro Psalmorum in membraneo Codice Remigianæ apud Rheims Bibliothecæ continentur, Anglicanas dicere non vereor, non solum ob veteris Codicis characteres semi-saxonicos, et nomina sanctorum plurimum Britannica seu Anglicana: sed maxime propter aliam observationem, quæ adhibetur sub finem litaniarum: *Ut Deus clerum et plebem Anglorum conservare dignetur.*

Eorum antiquitatem probat in primis vetustas Remigiani Codicis ab annis prope nongentis exarati. Deinde sanctorum ætas, quorum suffragia postulantur; ex quibus nullus est medio sæculo VII inferior. Ad hæc, quod multi sancti apud Anglos, sub finem sæculi VII et initium sæculi VIII maxime celebres, in ipsis Litiis omittuntur, scilicet Cuthbertus, Wilfridus, Aidanus, Aldhelmus, Etheldrita, ut taceam Mellitum, Laurentium, Paulinum, Columbanum, Biscopum, Ceolfriidum, Theodorum, Hadrianum, Bedam et alios. Ex quibus infero litanias istas labente sæculo VII in Anglicana Ecclesia usitatas fuisse. Unum huic sententiæ objici potest, nimirum Augustinum proximo post Gregorium loco nominari. Quod videtur emanasse ex decreto concilii Cloveshoviensis, anno 747 celebrati, in cujus capitulo 17 constitutum est, *ut dies depositionis sancti Augustini archiepiscopi, qui ad gentem Anglorum a Gregorio prædicationis gratia missus est, ab ecclesiasticis et monasterialibus feriatus haberetur*; ejus nomen in litiis decantatione post sancti Gregorii vocationem semper dicitur. Ego vero concedo sanctum Augustinum, qui in prædictis litiis memoratur, non esse magnum illum Ecclesiæ doctorem, sed alium cognominem, Gregorii Magni discipulum, et Anglorum apostolum, quem

in litanis Anglicanis omissum fuisse nequaquam verisimile est. At nihil vetat Augustinum hunc sæculo VII in publicis litanis apud plerasque Anglorum Ecclesias invocatum fuisse, tametsi nullum ejus rei decretum præcessisset. Sic enim in Ecclesiæ ritibus usu venire solet, ut quod prius in quibusdam Ecclesiis usurpatum est, communi dein episcoporum decreto confirmetur, totique uni provinciæ sive regno approbetur. Denique etiam permissio hunc Augustino locum in præmissis litanis tributum fuisse ob decretum concilii Cloveshoviensis, repono id nihil detrudere earundem litaniarum antiquitati, prout a me superius asserta est. Cum enim scriptor amanuensis veteres litanias sæculo VII usitatas paulo post concilium Cloveshoviense describeret, nil mirum si Augustinum post Gregorium inseruerit, concilii statuto hac in re obsecutus. Neque par est ratio de Cuthberto, aliisque celebrioribus sanctis superius laudatis: qui etsi publico tum cultu honorarentur, nulla tamen Anglicanæ Ecclesiæ lex exscriptorem adegit ut vetustis ac pridem receptis litanis recentiores sanctos pro arbitrio suo ascriberet.

Ex his porro validissimum argumentum pro Benedictinæ regulæ in Anglia propagatione, quæ invictis aliunde testimoniis demonstrata est, deduco. Siquidem in publicis Anglicanæ Ecclesiæ litanis unus ex omnibus monasticæ vitæ institutoribus sanctis laudatur Benedictus, non Antonius, non Pachomius, non Basilius, non Augustinus, non Cæsarius, non Æquitius, non Aurelianus, non denique Columbanus. Unde consequens est, sæculo VII desinente vitæ monasticæ fundatorem apud Anglos unum audiisse Benedictum, cujus nempe regulam Augustinus in eam insulam invexerat. Accedit quod in dictis litanis sancti Benedicti nomen bis repeti præscribitur, magna sane singularis honoris ac venerationis prærogativa, quæ nulli alii sancto, præterquam sancto Stephano et beatæ Mariæ virgini usque tertio laudatæ concessa est. Hic vero tam singularis sancti Benedicti apud Anglos cultus sine dubio processit ex commendatione tam Gregorii, quam Augustini, qui ambo sanctum Benedictum præceptorem ac institutorem suum venerantes, eundem sibi subditis affectum inspirarunt.

Neque dici potest Augustinum alia quam sancti Benedicti regula in Andreano Gregorii cœnobio informatum fuisse, sed tamen et ad Anglos in Britanniam abeunti Gregorium præscripsisse ut sancti Benedicti regulam in monasteriis institueret. Nam præterquam quod hoc gratis et sine fundamento adduceretur, ac naturali consecutione legitime inferri debeat Augustinum non secundum aliam quam quæ ab ipso in Anglia propagata est regulam in cœnobio Gregoriano vixisse, illud præterea hoc argumento validissime revincitur, quod si alium a sancto Benedicto vitæ religiosæ institutorem Romæ habuisset Augustinus, ejusdem (ut filii) cultum ac venerationem etiam apud Anglos non neglexisset. Quod, puto, facile concedent æqui rerum æstimatores. Cum ergo inter vitæ monasticæ auctores unius sancti Benedicti cultum Anglicanis Ecclesiis præscripserit, uti et regulam monasteriis, nullus jam dubitationi locus relinquatur eum sub eadem Benedicti regula Romæ duce Gregorio militasse. Hæc dixerim, non animo revocandi controversiam jam satis fuse agitatam, sed illustrandi argumentum quod ex his litanis strictius ac brevius in dissertatione mea exposui.

De aliis sanctis, qui in his litanis memorantur, plerisque fere ignotis, plura hic observare non vacat. Illud tantum adverte, Columcillum eum esse, qui Columba Hiberniarum abbas fuit, et sanctam Margaretam, cuius in his partibus non adeo antiqua memoria videbatur, in præmissis litanis locum habere.

## VETERES LITANIÆ ANGLICANÆ

A MILLE ANNIS EDITÆ.

(Mabill. Vet. analect.)

Kyrie, eleison.	S. Andrea,	Ora.	S. Tite,	Ora.
Christe, eleison.	S. Jacobe,	Ora.	S. Philimon,	Ora.
Christe, audi nos.	S. Joannes,	Ora.	S. Clemens,	Ora.
Christe, audi nos.	S. Thoma,	Ora.	S. Syxte,	Ora.
Christe, audi nos.	S. Jacobe,	Ora.	S. Felix,	Ora.
Sancta Maria, ora pro nobis.	S. Philippe,	Ora.	S. Laurenti,	Ora.
Sancta Maria,	S. Bartholomæu,	Ora.	S. Corneli,	Ora.
Sancta Maria,	S. Matthæu,	Ora.	S. Cypriane,	Ora.
<i>De angelis.</i>	S. Juda,	Ora.	S. Sebastiane.	Ora.
Sancte Michael, ora pro nobis.	S. Barnaba,	Ora.	S. Gervasi,	Ora.
Sancte Gabriel,	S. Mathia,	Ora.	S. Protasi,	Ora.
Sancte Raphael,	Omnès sancti chori apostolorum,	Ora.	S. Vincenti,	Ora.
Omnès sancti angeli, orate pro nobis.	orate pro nobis.	Ora.	S. Georgi,	Ora.
Omnès sancti archangeli	<i>De martyribus.</i>	Ora.	S. Dionysi,	Ora.
Omnès sancti chori novem ordinum cœlestium,	Sancte Stephane (bis), ora pro nobis.	Ora.	S. Maurici,	Ora.
<i>De apostolis.</i>	S. Luca,	Ora.	S. Victor,	Ora.
Sancte Petre, ora pro nobis.	S. Marce,	Ora.	S. Joannes,	Ora.
S. Paule,	S. Barnaba,	Ora.	S. Paule,	Ora.
	S. Timothæu,	Ora.	S. Donatiane,	Ora.
		Ora.	S. Rogatiane,	Ora.
		Ora.	S. Agustine,	Ora.